



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

15 Qua ratione privilegium cesset, cessante causa finali ob quam fuit
concessum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

PUNCTUM XV.

Qua ratione privilegium cesset, cessante causa finali, ob quam fuit concessum?

- 1 Si privilegium nondum sit integrè concessum, cum cessat causa finalis, cessat privilegium.
- 2 Expenditur illa gravis difficultas. An causa privilegij, & dispensationis Romæ concessa verificanda sit tempore concessionis, vel tempore, quo ab ordinario expeditur? Resolvitur utroque tempore.
- 3 Privilegia non habentia tractum successuum, si tempore concessionis adest causa finalis, valent, tamen si postea cesset.
- 4 Quando dispensatio, seu privilegium ad effectum integrum productum non est, si cessat causa, defendit Sanchez, cessare dispensationem.
- 5 Non admittitur supradicta sententia.
- 6 Privilegium, & dispensatio de obligatione diuidua, & ob causam similiter diuiduam, cessat cessante causa.
- 7 Si causa concessionis integrè existit, cum conceditur privilegium, vel dispensatio, non cessat, cessante causa successuum temporis.
- 8 Quoties ex aliqua causa redditur privilegij usus iniquus, cessat privilegium.
- 9 Sancti argum. n. 4. adductis.
- 10 An peccet utens dispensatione, cessante causa illius.

1 **P**ramittenda sunt aliqua, in quibus ferè omnes conveniunt, ut gradum faciamus ad ea, in quibus est specialis difficultas.

Primò, conveniunt Doctores: si privilegium nondum sit integrè concessum, quando omnino cessat causa finalis concessionis, nullam esse illius concessionem, quia cessat intentio concedentis, quæ est concedere privilegium ob illum finem, sic Tiraquell. plures referens in tractat. *cessante causa, tota limitat. 12. Menoch. lib. 4. de presump. 189. circa finem, n. 196. & 197. Sanchez lib. 3. disp. 30. n. 8. & 9.*

2 Hinc deciditur gravis illa difficultas, quando debet verificari causa finalis privilegij, & dispensationis, quæ Romæ obtinetur ad contrahendum matrimonium: an, inquam, sufficiat verificari, quando Romæ impetratur dispensatio, an quando ab ordinario, vel confessorio expeditur, an utroque tempore simul? Cui difficultati respondeo, utroque tempore verificandum esse causam dispensationis, & quidem de tempore, quo Romæ impetratur, (quamvis Nicol. Garcia 6. part. de benef. cap. 2. numer. 263. asserit non requiri, tunc verificari, sed solum tempore quo ab ordinario, vel confessore exequuntur.) probabilius censo oppositum, quia tunc est vera concessio, donatio, seu dispensatio ob finem, & causam allegatam, quæ si falsò allegetur, nulla est concessio ex defectu intentionis in concedente: & est decisio textus in cap. quia circa de consanguin. ubi nulla est dispensatio secundum glossam, & Doctores ibi, in gradibus prohibitis ad matrimonium contrahendum, eo quòd i fuerit falsò allegata proles, siquidem unica filia, quam habebat ille nobilis, cum quo dispensabatur, iam erat mortua; clarior deciditur in cap. si eo tempore, de rescriptis, in 6. ubi nulla est provisio de beneficio curato facta, qui tempore datæ carebar legitima ætate, quamvis tempore collationis illam habebat.

De tempore autem, quo ab ordinario, vel confessorio expeditur dispensatio, an tunc debeat causa finalis verificari?

Negat Maleard. de probation. conclus. 1188. num. 22. ubi in hæc verba dicit. Quisquid conclusionem declarabis, ut tunc impetranti necesse sit probare narrata esse vera tempore impetrationis, per cap. quia circa, de consanguinitatibus, & affinit. ubi habetur: si quis narret habere filiam, & habeat tempore impetrationis, quæ postea tempore comprobationis mortua sit, sufficiat probare, se habuisse tempore impetrationis, sicuti dicitur de latione probanda tempore contractus, in l. 1. si voluntate, Cod. de rescind. vendit. sic affuerunt Rebuff. in presat. de rescriptis, num. 56. vers. 14. consentit Emanuel Saa in utraque editione, verbo gratia, num. 9. & 10. Et ratio esse potest, quia ordinario, vel confessorio committitur executio dispensationis. Ergo dispensatio iam ante illorum expeditionem facta est.

Verùm probabilius existimo illo etiam tempore, quo ab ordinario, vel confessorio expeditur dispensatio verificandam esse causam concessionis; quia vetè ordinarius, vel confessor dispensat. Quod constat tum ex verbis indoliti, quæ dicuntur in decretis, si preces veritatis nitantur, cum illis dispenses, &c. Tum etiam, quia ante hanc expeditionem dispensationis, si matrimonium contraheretur, nullum erat. Ergo signum est non esse dispensatum ante, ergo si tunc dis-

peniatur, tunc debet adesse causa dispensationis: sic Couarr. 4. decret. 2. part. cap. 6. § 9. num. ultim. Mandol. praxi signaturæ titul. de dispensation. versicul. dispensatio est. Gallego de cognition. spirituali, cap. 1. num. 23. & cap. 4. num. 17. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 8. disputat. 30. numer. 12. Nicol. Garcia illa 6. part. cap. 2. à numer. 270. & num. 289.

3 Secundo, certum esse debet, si privilegium sit ex illis, quæ actione ipsius concedentis perficiuntur, neque habent tractum successuum, si tempore concessionis vera fuit causa finalis, ob quam fuit concessum, etiam si postea cesset, non perit privilegium. Exemplis rem declaro. Abolutus fuit ab excommunicatione, dispensatus in irregularitate in voto, vel alio impedimento, si tempore dispensationis, vera fuit causa allegata, etiam si postea cesset non cessat dispensatio, ex reg. 73. de reg. iur. in 6. ibi, factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari. Item donasti Petro centum ob pauperem, quam habuit tempore donationis, venit postea ad pinguiorem fortunam, non cessat donatio. Ratio est, quia effectus iam consummatus non dependit à causa concessionis; causa enim solum ad productionem illius, non ad conservationem necessaria fuit. Adde similia privilegia abolutè concessa cessare non possunt ipso facto, sed indigent revocatione concedentis. Ergo dum non adest talis revocatio, ipsa privilegia, & dispensationes perseverant. Denique aliqua ex lapsu dictis nec revocatione cessare possunt; omnia enim illa privilegia, & dispensationes, consistunt in remotione alicuius impedimenti, si semel illud impedimentum tollatur, iam redire non potest; non enim redire potest excommunicatio, irregularitas, votum sine voluntate votantis: si semel sublata sint, & ita relato Batt. Lafone, & alij docet Menochius lib. 4. presump. 189. circa finem, num. 197. Tiraquell. in tractat. quod cessante causa, cesset effectus, 1. part. limit. 22. Suar. lib. 6. de legibus, cap. 30. à num. 4. Sanchez lib. 8. de dispensat. disp. 30. num. 10. Emanuel Saa verbo gratia, num. 6. Ex quo fit, si cum irregulari dispenseret ob eius paupertatem ad beneficium, & ordines, & ordinibus susceptis, & beneficio acquisito diues factus esset, non cessat, nec cessare potest eius dispensatio, quia iam habuit suum consummatum effectum; sic Doctores supra relati. Et idem est de matrimonio contracto virtute dispensationis ob paupertatem factæ, nam etiam postea puella diues eff. cta est, matrimonio dispensatio non revocatur. Neque in his, & similibus est difficultas.

4 Quare difficultas est, quando dispensatio ad effectum integrum producta non est, & cessat integrè causa dispensationis, antequam perducatur, an tunc cesset dispensatio?

Sanchez plures referens lib. 8. de dispensat. disp. 30. num. 12. existimat cessare dispensationem; ita ut eius plus non solum illicitus, sed inualidus sit. Addit tamen num. 17. non ita cessare, quin si postea redeat causa, ob quam fuit concessa dispensatio, & ipsa dispensatio redire non possit. Quocirca affirmat non proprie cessare, sed suspendi eius valorem, quovis causa concessionis præterit, variis argumentis suam sententiam probat. Primo ex cap. generaliter, 16. quæst. 1. & cap. ius, de cleric. non resident. & cap. Abbate, in fine, de verbis, signis. ubi revocatus gratia, & privilegium cessante causa. Secundo ex l. Vranus, 2. versic. sed eum duo ff. de fideiusso. ubi quædam fideiussoris obligatio extinguitur, & reddunt ratio his verbis: ut quomodo in sepe alias non possunt, ita nec remaneant. ubi gl. verb. remaneant, inde inferit, quod impedit faciendum, destrucere quoque iam factum: quod impedit, inquam, faciendum per modum cause finalis, impedit iam factum quoad illum effectum, qui non est in esse productus, vel si partim productus est, impedit effectum successuum, qui commode diuidi potest. Tertio, quia facilis tollitur privilegium, seu ius extraordinarium, & speciale, quale est dispensatio, quamvis commune, l. ius militis, § 1. & ubi gl. verb. quocumque modo, Cod. ad senatusconsult. Velleianum, & docent multi alij, quos refert, & sequitur Tiraquell. in tract. cessante causa, limit. 11. sine. At ius commune cessat, cessante causa eius finali, ut apud omnes est competentum. Ergo à fortiori ius speciale. Et confirmat, quia lex generalis indulgens privilegium aliquod cessat, cessante causa eius finali. Ergo à fortiori, privilegium, & dispensatio priuata cessabit. Tum quia maiori firmitate gaudere debet privilegium omnibus per legem indultum, quæ tanta consultatione fit, quam privilegium priuata personæ, quæ passim conceditur. Tum etiam, quia privilegium per legem indultum latè est interpretandum; secus veto privilegium, & dispensatio communi iuri derogans. Quare probat, quia actus non operantur ultra agentium intentionem; cap. quomodo, de iur. iurand. at in omni dispensatione subintelligitur condicio, si causa permaneat. alij iniquus esset dispensator si velle dispensationem extendi ad eum casum, quo causa protus cessaret. Et confirmat ex l. facto, in princ. ff. de vulg. & pupil. substit. ubi deciditur privilegium patri concessum substituendi filio furioso, cessare filio sane mentis effecto, & evanescere substitutionem illi antea factam; cum tamen privilegium iam esset ad effectum

effectum deductum : quia is reuocabilis erat , & reddidit textus rationem his verbis , etenim iniquum incipit fieri beneficium Principis ; si adhuc id ualere dicamus , auferretur enim testamenti factum homini sine merito . sic ergo in nostro casu , cum cessante causa incipiat esse iniqua dispensatio : ut pote que cessante causa incipiat esse tunc eximit priuilegium a iure communi , obsequio uia ratione ex tunc eximit priuilegium a iure communi , vel ea uia diuino , in prauiudicium communitatis , cui diu scanda- lio est , cessabit tunc quoad effectum , qui commodè reuocabili- tas est . Et confirmat amplius , quia paria sunt nullam ab initio fuisse causam , & fuisse aliquam , sed illam omnino finitam esse , ut expresse probatur ex l. i. ff. de conditione sine caus. c. l. nihil ut expresse probatur ex l. i. ff. de nauisio fenore . & docet Afflicus , quem refert , inu. ff. de nauisio fenore . & docet Afflicus , quem refert , inu. ff. de nauisio fenore . & docet Afflicus , quem refert , inu. ff. de nauisio fenore . & docet Afflicus , quem refert , inu. ff. de nauisio fenore .

Ceterum hac sententia sic uniuersaliter posita mihi probati non potest ; contradicere enim formae dispensationis abolutae , & facit omnes dispensationes fieri conditionatas , ut statim uidebimus . Quocirca distinguendum censeo inter cau- sas dispensationis ; aliae enim sunt integre existentes , quando conceditur dispensatio ; aliae uero habent tractum successiuum , sicut & ipsa dispensatio habet . Exemplo distinctionem manifestam . Dispensa regum Pontifex in uoto castitatis ob car- nis tentationem , & in impedimento matrimonii ob paupertatem , & in pluralitate beneficiorum ob minus , quod peris : in- tegra causa dispensationis adest , quando conceditur dispensatio , quia non conceditur dispensatio in uoto castitatis ob tentationem praeteritam , neque futuram : neque dispensatur in matri- monio impedimento ob paupertatem , quae non est ; sed ob illam , quae de praesenti existit . Verum si Pontifex regum dispen- set in eiu carnium ob dubiam infirmitatem , & in recitatione horarum , ob imminentes occupationes , causa dispensationis non integre existit , sed uocedit , sicuti succedit usus dispensa- tionis , & cum illo commemoratur ; dispensat enim Pontifex regum in eiu carnium hoc mense , propter infirmitatem huius mensis : at ob haec non potest dispensare , ut sequenti men- se carnes comedas , sed ob infirmitatem , quam tunc habebis , quia infirmitas huius mensis parum deest ad honestandum eiu carnis in mense sequenti , quod si infirmitatem mense sequenti non habes , iam cessat causa dispensatio- nis pro illo mense , pro quo dispensatio illam requirebat . Hoc posito .

6 Dico primo . Quotiescunque priuilegium , & dispensatio de obligatione diuidua , & successiua est , & est concessa ob causam similitur diuiduam , & successiuam : cessante causa cessat dispensatio , quia dispensatur in obligatione , quandiu facit causa , & cum sit multiplex obligatio multiplicem cau- sam requirit ad illius exemptionem : & in hoc sensu uera est sententia Sanchez supra relata , quam etiam docet Suarez lib. 8. capite 30. num. 18. & Tiraquell. plures referens in dist. tractatu esse causa , l. i. u. 23. numero 11. Et satis aperte confirmatur de dispensatione ieiunij , & recitatione horarum , ob infirmitatem dubiam , quamuis Salas statim allegandus etiam in hoc exemplo affirmet non cessare dispensationem , quod non probat .

7 Dico secundo . Quoties dispensatio , aut priuilegium con- cedatur ob causam , quae integre tunc existit , nullo modo definit , aut suspenditur ob causae cessationem : sic docet Suarez libro 8. de legib. cap. 30. n. 12. Salas disp. 20. sect. 6. n. 67. c. seq. Gutier. con. in quib. lib. 1. cap. 15. num. 22. inu. c. sine . c. lib. 2. cap. 15. n. 10. c. 132. Tiraquell. tract. cessante causa , in prin. p. n. 92. c. 94. Syluest. uerbo dispensatio . qu. 6. Eman. Saa uerbo gratia . num. 6. & alij plures relati a Sanchez lib. 8. disp. 30. n. 13. quam licet ipse Sanchez non sequatur , affirmat esse probabilem . Probo primo , quia tota equalis , quam priuilegium , & dispensatio ad sui ualorem requirit , est cum priuilegium , & dispensatio conceditur , ut suppono . Ergo quod in posterum cesset , nihil interest priuile- gio , & dispensationi ; quia non propter futuram causam , sed propter actum praeteritum fuit concessum . Secundò per priuile- gium , & dispensationem legitime factam , est ius priuilegiario acquisitum ; quia eo ipso , quod est legitima dispensatio , & legi- timum priuilegium , habet ius utendi illo : at ius semel quaeritum non reuocatur ex cessatione causae , ob quam fuit prius concessum , ut optime a iis relatis docet Menoch. lib. 4. praesumpt. 189. n. 197. Gutier. & Tiraquell. sup. Ergo . Tertio communis est distinctio dispensationis , & priuilegij in absolutum , & condi- tionatum : & priuilegium conditionatum uocatur , quod depen- det ab aliqua conditione conceditur . Ita ut priuilegij duratio

commensuretur cum causa duratione ; ut sumi potest ex c. Ab- bate , de uerbor. signif. ubi tandiu monasterium prerogatiua ibi praecipua debet gaudere , donec in illo uiguerit obseruantia regularis . Priuilegium uero absolutum est quod non attenditur durationi alicuius conditionis , sed ob causam semel postam conceditur . Ergo quod postea cesset causa , priuilegium cessare non debet ; causa enim temporalis , & transiens honestate potest concessionem aliquam , & priuilegium perpetuum . Quasò pro- bo aliquibus exemplis ; si enim cum muliere ob eius paupertatem dispenserat in impedimento consanguinitatis , & antequam matrimonium contrahat , diues facta sit , non ex eo amittit dis- pensationem , neque eius usus suspenditur , quia non fuit con- cessus sub conditione , si paupertas perseverauerit toto tempore ante matrimonium ; neque hoc intelligatur à contrahentibus , essetque occasio non leuis scrupulorum : ut bene dicit Nicol. Garcia 6. p. de benef. c. 2. n. 291. Item datur puellae dispensatio in uoto castitatis , ob periculum incontinentiae , ex vi huius dispen- sationis absolutè concessa soluitur vinculum uoti . Ergo illa non solum semel ; sed pluries potest habere , etiam iam pericu- lum incontinentiae non habeat ; quia aliàs non fuisset facta relaxatio uoti & obligationis ad Deum , sed suspensio . Deinde pri- uilegium concessum religioni accipiendi , uel non soluendi decimas , ob eius regularem obseruantiam , & singularem fructum in proximos , etiam si postea cesset huiusmodi causa , & deueniat ad statum , in quo Pontifex tale priuilegium minime concederet , non obinde cessat priuilegium ipse facto ; quia non fuit concessum sub illa expressa conditione , sicuti in cap. Abbate , de uerb. signif. fuit concessum .

8 Dico tertio . Quotiescunque ex aliqua circumstantia priuilegij usus reddatur iniquus , cessat pro tunc priuilegium . Conclusio est omnino , & ex terminis liquet , aliàs liceret , quod illicitum est . Qui modus cessandi priuilegium uocatur à Suarez lib. 9. cap. 30. num. 6. per cessationem causae finalis contrariae ; quia contrariatur causae , ob quam fuit concessum : quod non mihi plene satisfacit , quia priuilegium decimandi ex aliqua Ecclesia concessum alicui ob specialem seruitutem Romanae Ecclesiae factam , suspendi potest , si Rector illius Ecclesiae non habet congruam sustentationem , & tamen tunc non cessat ratio concessionis ; haec enim cessare non potest , siquidem non potest non esse factum illud seruitium Ecclesiae Romanae : necessitas autem rectoris non est contraria illi speciali seruitio , sed exem- ptioni . Ergo non bene explicatur hic modus cessationis , per cessationem causae finalis contrariae . Sed est questio de nomine , ac proinde parui momenti ; quod enim ab omnibus admitti de- bet . est cessare usum priuilegij , quoties redditur ex aliqua circun- stantia iniquus .

At dices , quando cessat causa finalis concessionis priuilegij pri- uilegij usus est iniquus . Ergo semper cessat priuilegium cessante causa finali illius .

Repondeo negando antecedens , quando propter causam integre existentem concessioni fuit priuilegium , aut dispensatio concessa , quia tunc iam habet usus dispensationis sufficientem honestatis rationem , scilicet dispensationem legitime factam , & utilitatem ipsius priuilegiati : uade si ex alia circumstantia non uitiatur , licitus erit illius usus . Dixi cessare pro tunc priuile- gium , quia non extinguitur , sed opituit , argum. cap. Abbas , de uerborum signif. in fine . & tradit ibi glossa uerbo donec . Suar. lib. 8. cap. 30. num. 12. Sanchez lib. 8. disp. 30. num. 17. cum Men- cha lib. 1. controuers. illustr. c. 46. n. 3. c. lib. 1. de successuum pro- gressu . in praesertim . n. 67 .

9 Argumenta pro sententia Sanchez adducta nobis non ad- uersantur ; probant enim cessare priuilegium cessante causa con- cessionis , quando concessio petit causam successiuam concessionis commemoratam ; uel quando concessio redditur iniqua ex ali- qua circumstantia superueniente . Sed ut clarius ueritas constet , placeat omnia argumer- trere .

Ad primum ex cap. 2. aliter , quod desumptum est ex Cod. Iustiniani , constat , dari priuilegium immunitatis ab omni iurata , & cura cuiuscunque generis , & cuiuscunque personae , omnibus Episcopis , Presbyteris , Diaconis , & Subdiaconis , & Monachis , qui apud sanctas Ecclesias , uel monasteria perma- neant non diuagantes : quare si diuagantes officij diuinis non interint , perdant huiusmodi immunitatem , quia propter hoc ipsum conceditur , ut ibidem dicitur . Ecce quomodo causa con- cessionis est successiua , scilicet permanentia . Eodem modo res- pondetur c. tua , de clericis non residentibus , ibi enim studiorum gratia erat canonicis indultum . ut in absentia fructus percipiant praebendarum suarum : ipsi uero accepta licentia ad illas so- transferunt . Dicit , inquam , Pontifex Innocent. praefatam indulgentiam illis competere non debere , & merito ; quia ob causam successiuam , scilicet existentiam in studiis , illis fuerat concessa , quae expositio clarius competit cap. Abbati , de uerbor. signif. ubi conceditur cetero sancti Bertini , ut ex illo Alcia- renti . Monachi sibi eligant personam idoneam in Abbatem tandiu . donec ibidem uiguerit obseruantia regularis . Ecce priuilegium dependens à uiridi obseruantia , quae est causa successiua .

Ad secundum ex l. Yranus respondeo illam obligationem omnino

DE
ASTRO
PALATIO
TOM.
I
LIV.

omnino extinguit, quia pervenit ad statum, à quo incipere non potuit, non propter cessationem causae finalis, sed propter circumstantiam adiacentem, quae reddit illius obligationis usum iniquum: & cum glossa dicit, quod impedit faciendum, destrucere iam factum intelligendum est, quando est impedimentum honestati contrarium; scilicet vero, quando est impedimentum per praedictam cessationem causae.

Ad tertium cum eius confirmatione concedo facilius mutari posse privilegium, quam legem: tum revocatione, tum decessione; quia facilius à Principe revocari potest, & facilius laborari potest aliqua circumstantia, quae usum privilegij impediatur: at non inus sequitur debere cessare ex omni causa, quae lex cessat; lex enim cessat deficiente causa eius finali adaequata, quia ex huiusmodi defectu redditur inutilis: at iniustum est obligare subditos ad observantiam legis inutilis. Ergo, Privilegium vero & dispensatio, etiam si cesset causa, ob quam fuerunt concessa, vtilia esse possunt privilegiato, & ex alia parte non obligantur ad illius usum. Ergo.

Ad quartum concedo privilegium non operari ultra concedentis intentionem: at intentio concedentis absolute privilegium, est, ut utatur privilegiatus in loco etiam cessante causa, ob quam fuit concessum. Neque obinde sit peccare privilegiatum, neque peccare concedentem: non peccat privilegiatus, quia privilegio tunc concessio videtur, neque peccat concedens privilegium, cum ob legitimam causam concedat, quae causa non requiritur, ut semper existat, quoties fuerit usus privilegij. Neque obstat tunc adesse causam, ex qua posset privilegium incipere, quia plus requiritur ad inceptioem privilegij, quam ad eius continuationem, ut optime ipsemet Sanchez probat *illud disput. 30. num. 8.* Ex qua doctrina inferri ipse non cessat dispensationem, si causa finalis non omnino cessavit, quamvis reliquae manentes non iudicentur sufficientes ad priorem dispensationis concessionem. Ergo idem debet dicere, etiam si omnino causa cesset.

Ad confirmationem ex *l. ex f. llo*, respondeo substitutionem illam evanescere, si filius sanae mentis efficiatur, quia ex subiecta materia constat fuisse conditionalem, nempe si filius in furore usque ad mortem perseveret, alias ut bene dicitur textus, iniqua esset substitutio: & ratione circumstantiae, quae reddit substitutionem iniquam, cessat substitutio.

Ad secundam confirmationem ex *l. i. ff. de conditione sine causa, & ad l. nihil interest*, respondeo, sicut ad quartum dixi magis requiritur ad honestam inceptioem privilegij, & dispensationis, quam ad illorum continuationem: ad inceptioem enim requiritur legitima causa; scilicet vero ad illius continuationem, decess enim concessum à Principe beneficium esse mansurum: *reg. decret. 17. de regul. iur. in 5.*

Ad quintam ex *regula in ambiguis*, dico probare cessante causa concessionis posse scriptum à Principe revocari privilegium; at non probat Decius ipso facto privilegium cessare.

Ad vltimum negat Salas *ad spur. 20. sect. 6. sine*, absurdum esse sic dispensatum veluti canibus, etiam si iam causa infirmitatis cessaverit, quia retinet dispensatio iuram vltorem, eo quod data fuerit ob infirmitatem, non solum praesentem, sed quam probabiliter concedens exspectabat futuram. Ac credo in tali casu cessare dispensationem, quia dependentem à causa futura fuit concessa, quae cum cesset, cessabit dispensatio.

10 Ex his patet decisio illius quaestionis, an peccet verus dispensatione cessante causa illius?

Respondeo iuxta supradicta non peccare, si dispensatio fuit concessa ob causam actu existentem, quia verè manet dispensatus, legibusque solutus: at peccare, si dispensatio sua ob causam successivam, & usum dispensationis commenturatum, quia cessat dispensatio, et creditur etiam dependentem ab illa causa fuisse concessam, siquidem praesens infirmitas non est sufficiens causa concedendi perpetuam dispensationem in ieiunio: concedere autem dispensationem sine causa, vel sine causa sufficienti, etiam in propria lege non est praesumendum de Principe. Ergo asserendum est dispensationem esse dependentem ab existentia causae, ac proinde illa cessante cessare dispensationem, esto contra tenent Salas *supra dicta disput. 20. sectione 6. à num. 66. vers. ego in hac re*, & *seqq.* & *num. 65.* referit aliquos recentiores id probabile existimare.

PUNCTUM XVI.

Utrum cesset privilegium, rescriptum, & dispensatio morte concedentis.

EX huius puncti enodatione pender decisio plurium difficultatum, idcirco placet exactius rem explicare, neque brevitatis solitè oblitiscar: si enim privilegium, rescriptum, & dispensatio, non fuerint in statu integro, morte concedentis non pereunt, ut dicemus ex omnium sententia. Quapropter investigandum est, quando dicantur esse in statu integro, quando in statu inceptioem, & primo loqui debemus de rescriptis iusti-

tiae, & ex ibi dictis facile erit inferre, quid dicendum sit de rescriptis gratiae.

S. I.

Quando rescripta iustitiae, & gratiae dicantur esse in statu integro, quando dicantur esse incepta.

- 1 Triplicem sententiam refert Sanchez, qui sentit per solam citationem iuridicam desinere rem esse integram, & perpetuam iurisdictionem in rescriptis iustitiae.
- 2 Censet rem probabilis sufficere iudicem iurisdictione incepta esse, tamen si citationem non fecerit. Sed quia communis est citationem requiri, illud est sequendum.
- 3 Sufficit citationem egressam esse à delegato, tamen si parti in iurata non fuerit, defendit Sanchez, ut probabilis.
- 4 Censet probabilis oppositum.
- 5 An requiratur citatio in casibus, in quibus per editum citari qui potest, ut perpetuam iurisdictionem in Probabilis videtur sufficere citacionem.
- 6 Perpetuam iurisdictionem ex eo quod delegatus subdelegaverit in Probabilis est non perpetuam, tamen si paribus praesentibus fiat.
- 7 Per rescripti praesentationem non firmatur iurisdictionem.
- 8 An per unam citationem firmetur iurisdictionem rescripti plures causas continens? Sed distinctione respondetur.
- 9 Quid si constitutus iudex delegatus ad univocitatem causarum, & citationem in una causa faciat? Affirmat cum Sanchez si matam esse circa omnes iurisdictionem.
- 10 Si causa commissa non indige citatione, prima maneris executione facta, firmatur iurisdictionem.
- 11 In rescriptis gratiae ex revocatione partis dicitur negotium completum.

DE rescriptis iustitiae refert Sanchez, *lib. 8. disp. 28. à n. 8.* descriptam sententiam. Prima affirmat desinere rem esse integram, eo ipso, quo iudex ceperit iurisdictionem sibi data vti. ubi citationem non fecerit. Quia modus firmandi, & radicandi iurisdictionem est per usum ipsius. Si igitur ante citationem vti iurisdictione potest, iam iurisdictionem firmat. Adde, iurisdictionem delegata tunc dici potest esse integra, quando nullum illius usum habuisti. Ergo si in virtute illius aliquem usum exercuisti, qualis est signare locum iudicij, non nate Notarium, testes percipere, rodigi litteras in publica forma, verè iurisdictionem integra non est, sed potius cepta. Fauter hinc sententiae *cap. licet vndique, de officio delegati, & cap. si à subdelegato, eod. tit. n. 6.* in quibus solum expulsiatur ad perpetuam iurisdictionem, quod delegatus iurisdictione delegata vti non ceperit, sed in aliquo ex illa processum non fecerit: neque ibi astatur ad usum per citationem, vel per litis contestationem, vel per sententiam, vel per nominationem Notarij, aut significationem loci. Ergo non est cur aliquis detrimatur usus expulsiatur, & pro hac sententia adducit Sanchez, plures Doctores, & videri potest vltimè *verbo d. legatus, q. 6.*

Secunda sententia docet iurisdictionem delegatam integram esse, quousque lis contestata sit. Mouetur ex *cap. relatum, de officio delegati*, ubi deciditur exprime iurisdictionem delegatam non contestata; & idem habetur in *l. regia, c. 1. tit. 4. par. 3.* & vltis Doctores, quos Sanchez allegat, potest allegari Salas *disput. 20. sect. 17. num. 125.* ubi, *erit autem causa saltem cepta, quando lis fuerit contestata.* Aug. de Barbosa de *potestate Episcopi, 2. allegat. 39. n. 29.* ubi tenet delictum non dici deductum ad forum contentiosum, quousque lis contestata fuerit, quia forum contentiosus dici non potest, nisi inter partes contentio fiat: non est autem perfecta contentio, quousque contestetur lis. Ergo neque forum contentiosus, quousque lis sit contestata. Ergo neque iurisdictionem contentiosa exercita ante litis contestationem; omnia enim alia praesambula illius dicuntur ex resolutis per *Alin. praxi Florent. §. 1. cap. num. 14. & seqq. Lancel. de arbitrat. in praxi, num. 7.* Petog. *var. lib. 2. sub rub. de conditionib. n. 54.* & tradit alios referens Sigismund. *Seaccia d. iudic. cap. 2. num. 22. & cap. 8. num. 15.* Ergo iurisdictionem iudicialis non erit exercita; nisi post litis contestationem. Item lis non mouetur, quousque contestata non fuerit, ex text. in *c. ex p. re 30. d. verb. significat.* & tradit Mariana *de ordin. iudic. p. 5. tit. 2.* & omnia sunt durante infirmitate, *num. 64.* *Surd. de alim. tit. 5. §. 8. n. 4.* Ergo neque iurisdictionem ad iudicandum concessa si mata, seu exercita cessabit, quousque lis mota sit, & immedatè delegatus ceperit.

Tertia sententia, cui tanquam probabiliori adhaeret ipse Sanchez docet per solam citationem iuridicam desinere rem esse integram, & perpetuam iurisdictionem, ducitur ex *cap. gratiam, de officio delegati*, ubi ad firmandam iurisdictionem solum petit citationem, ubi, *cum citatione facta negotium sit quasi ceptum,*